

Handwritten text on a rectangular paper label, mostly illegible due to fading and bleed-through.

KC
1603





1729

Q. D. B. V.

CURSUS JURIS

SEU

JURISPRUDENTIÆ UNIVERSÆ IN ARTEM REDACTÆ

EJUSDEMQUE

PARTIS CIVILIS

EXERCITATIO VII.

DE STATU TUTELARI

AUCTORE


JO. GODOFREDO HARTUNGIO, D.
SERENISSIMI PRINCIPIS LANDGRAVII HASSO-
DARMSTAD. CONSILIARIO, ET PROF.
JURIS ORDIN.

POST

IPSIUS OBITUM
PRIMUM EVULGATA.

GIESSÆ,

Literis Johannis Mülleri.



re-
ntra
effu

onis,
T. C.
NEM

e, uel
r nu-

ma-
d lu-
olora-
opter
. 21. 3.

ibus,
of. 21.

natri-
ERV M

e, uti-
cis ad

P. 248

110



CURSUS IURIS
SEU
IURISPRUDENTIAE UNIVERSAE
IN ARTEM REDACTAE
EJUSDEMQUE
PARTIS CIVILIS
EXERCITATIO VII.
DE STATU TUTELARI

AUCTORE
O. GODOFREDO HARTUNGIO D.
PRAEFICISSIMI PRINCIPIS LANDGRAVI HASSO.
DARMSTAD. CONSILIARIO, ET PROF.
IURIS ORDIN.

POST
PRAEFATIO OBITUUM
PRAEFATIO PROLOGIUM

LIBER I
Litterae Johanna Müllers

T
hab
qua
qui
qui
adm
qui
aux
venn
tute
lem
ven
tor
per
lier
qu
da
cti,
ma
ce



CAP. I.

DE

STATV TVTELARI IN GENERE.

I.

TVtela proprie et stricto sensu accepta in J. Civili eam vim ac potestatem significat, quam tutor in pupillo habet. §. 1. J. de tutel.

2. Eadem laxiori sensu ex nativa significatione de qua quis potestate accipi potest, quam quis in eo habet, qui se ipsum quacunque ex causa defendere, uel res suas administrare non potest.

3. Unde status tutelarum complectitur omnes eos, qui uel ob causam aetatis, uel morbi, uel ob aliam, aliorum auxilio reguntur, uel suo alios auxilio regunt.

4. Aetas duplicis generis est, impubertatis et minoritatis, quarum in illa qui sunt constituti, proprie in tutela, qui in hac, in cura esse dicuntur.

5. Morbus late accipiendus est, ut morbum moralem et uitium naturale, quod proprie morbi nomine non venit, includat, cuius omnis proprie non tutor, sed curator dicitur.

6. Alia causa, ob quam persona sui iuris alterius personae directioni subest, est v. g. sexus, ob quem mulieres in Saxonia et aliis nonnullis Germaniae regionibus, quoad pleraque negotia, curatoribus indigent.

7. Neque uero cum cura personarum confundenda est cura bonorum, siue absentis, siue ventris, siue defuncti, siue debitoris fugitiui, quae ad ius rerum pertinet, et magis procuratio, eaque a lege uel consuetudine aut iudice demandata, quam cura bonorum dicenda est.

A

s. Vn-

8. Vnde agendum (1. de *personis*, quae sunt uel *alias habent* in tutela: (2. de *personis*, quae in *cura aetatis*: (3. de his, quae in *cura morbi*: (4. de illis, quae in *cura se-xus*: (5. de *actionibus* ex statu tutelari descendentes).

9. De *personis*, quae sunt uel *alias habent* in tutela, distincte videndum (1. quae *sint* uel *habeant*: (2. *quo cum effectu sint* uel *habeant*: (3. *quomodo esse* uel *habere desinant*).

CAP. II.

DE

HIS, QUI SVNT VEL ALIOS
HABENT IN TVTELA.

I.

Qui sunt uel *alios habent* in tutela, primum *generaliter* considerandi sunt, deinde *specialiter*, pro triplici tutela genere, *testamentaria*, *legitima*, *datius*.

2. *Generaliter* considerando in tutela (1. *sunt* *impuberes*, sui iuris, id est, qui ex potestate parentum exierunt, siue morte eorum, siue emancipatione, et pupilli pupillaeue appellantur. §. 6. l. de *Attil. tut.* l. 239. de *V. S. T. D.* et l. DE TVTELIS. XXVI. l. 1. 13.

3. (2. *Habent*, qui nec *impediuntur natura* tutelam gerere, nec *lege prohibentur*, nec *se, cum possunt, a tutela excusant*.

4. *Impediuntur natura* tutelam gerere (1. *impuberes*, arg. §. 13. l. de *excus. tut.*

5. (2. *Furios.* l. 40. D. de *R. J.*

6. Qui tamen testamento tutores dari possunt; hoc effectu, ut tutelam suscipiant, cum sanae mentis facti, interea uero temporis tutor a magistratu constituatur. §. 2. l. *qui testam. tut.* l. 11. D. de *tutel.*

7. (3.

7. (3. *Mente capti*. arg. §. 13. l. de excus. tut.

8. (4. *Muti*, ex ea ratione, quod praesentes auctoritatem suam uiua uoce interponere non possunt. l. 1. §. 2. *D. de tut.*

9. (5. *Surdi*, quia similiter auctoritatem praebere non possunt, cum loquentem ac interrogantem non audiunt. d. l. 1. §. 3. de tutel.

10. *Hodie surdi et muti*, nisi coniunctim et a natura tales sint, ex sententia eorum ad tutelam admittendi, qui auctoritatem hodie praecise a praesenti tutore et uiua uoce interponi debere negant, secundum ea, quae inferius suo loco dicentur.

11. (6. *Coeci*, siquidem utroque oculo orbati sunt. l. 3. *C. qui dare tut. ibique BRVNNEM. l. 9. C. de excusat.*

12. Ob superueniens uitium coecitatis nemo a tutela remouetur, bene uero is, qui ex post facto surdus uel mutus factus est. l. 16. de auct. tut. l. 1. *C. qui morbo. l. 3. C. qui dare tut. BRVNNEM. ad l. 1. D. de tutel. n. 3.*

13. (7. *Perpetuo morbo laborantes*, quippe qui ne suis quidem rebus interesse possunt, ac ea propter curatoribus indigent. §. 7. l. de excusat. tut.

14. *Lege prohibentur* tutelam gerere (1) *serui*, sed hi cum a dominis in testamento tutores constituti sunt, libertatem accipiunt, siue huius mentio facta in testamento, siue non. §. 1. l. qui testam. tut.

15. *Hodie homines proprii tutelae capaces* sunt. B. MENCKEN. ad D. T. de tutel. in Tab. p. 362.

16. (2) *Minores*, qui tamen in testamento constitui tutores possunt, hoc effectu, ut expectandum sit, donec ad maiorenitatem peruenerint, et interim tutor a magistratu constituatur. §. 2. l. qui testam. tut.



17. (3) *Prodigi*, etiam si J. nouo mater talis fit. l. 12. §. ult. *D. de tut. uel curat. dat.* CARPZOV. L. 5. R. 80.

18. (4) *Milites* actu militantes, etiam si lubentes tutelam suscipere uelint. §. 14. l. de excusat. tut. j. l. 4. C. qui dare tut.

19. Quod hodieque merito seruatur, donec contraria consuetudo hic uel illic locorum probetur. MENCKEN. d. l. HOPP. V. H. ad d. §. 14. l. de excusat. tut.

20. (5) *Monachi* et *episcopi*, cum e contrario presbyteri, diaconi et subdiaconi uolentes ad tutelam cognatorum admittantur, licet antea generatim clerici a tutela prohibiti a Justiniano in l. 52. C. de episc. et cler. Nou. 123. c. 5. SCHILT. l. J. C. l. 1. t. 18. §. ult.

21. *Hodie* apud Protestantes clerici uolentes ad omnem tutelae speciem admittuntur, modo non nimis a functionibus sacris distrahantur. HOPP. V. H. ad §. 14. l. de excusat. tut.

22. Imo cogi etiam nonnunquam ad tutelam posse, in casu puta necessitatis, uel si liberi aliorum clericorum tutoribus indigeant, existimat IDEM d. l. arg. l. 8. pr. *D. de excusat.*

23. (6) *Creditores* et *debitores pupillorum*, iure sc. non *D.* uel *C.* sed *Nou.* et quidem sub iactura actionis uel exceptionis, etiam solutionis, si debitum a tutore durante tutela solutum. *Nou.* 72. c. 1-4. *Nou.* 94. j. l. 8. C. qui tut. dare. l. 7. C. de excusat.

24. Quod (α. *ampliatur*, ut sine discrimine tutelae, testamentaria, legitima (excepta materna) uel datiuua sit, itemque crediti debitiue, notorium sit, nec ne, magnum an modicum, procedat. *dd. tt. Conf.* LAVTERBACH. in *Comp. p. 460. Diff.* CARPZOV. *Dec.* 19. et *P.* 2. C. 17. *D.* 19. et 20.

25. *Ho-*

25. *Hodie* tamen secus esse, si creditor debitorue a testatore sciente in testamento tutor constitutus sit, statuitur in eod. COMP. LAVT. *Tit. de tutel. p. 460.*

26. (B. *Limitatur*, modo tutela actu suscepta, nec indicatum ante susceptionem creditum debitumue, quod iam tum fuit, uel si non indicatum, tutor creditor debitorue non habeat contutores. *d. Nou. 72. c. 2. 4. j. l. 7. C. de excus. tut. Dn. a BERGER Suppl. E. D. F. P. 1. p. 308. seqq.*

27. *J. Sax. El.* constitutum, ut creditor debitorue pupilli a magistratu tutor datus non solum creditum debitumue allegare, sed etiam ut eius nomine pupillo specialis curator constituatur, petere debet. *Dec. 34.*

28. Quo obseruato securus est, etiamsi nihilominus a magistratu tutor constitutus sit, quod nonnullis de iure communi secus videtur. *Dec. 35.*

29. (7) *Foeminae*, iure Dig. non item Cod. et Nouellarum, secundum ea, quae mox dicentur. *l. ult. D. de tutel. l. 2. et T. T. C. QUANDO MULIER TVTELAE OFFICIO FVNGI POTEST. V. 35. Nou. 118. c. 5.*

30. *Judaei* expresse nullibi aut ad Christianorum pupillorum tutelam admittuntur, aut ab ea arcentur.

31. Analogiam iuris si spectes, ipsi quidem excusationem a tutela qua *Judaei* non merentur, sed nec ad eam admitti debent, nisi in casu necessitatis et quoad solum bonorum administrationem. *Conf. SCHILT. Ex. 37. §. 19. sq. et MENCKEN. ad π. T. de tutel. in Tabb. p. 303.*

32. Non prohibetur *filiusfamilias* qua talis, *uitricus, infamis*, idque sine discrimine tutelae. *a. l. ult. C. de contrar. ind. tut. l. un. C. de infam.*

33. *Excusantur* a tutela alii sic, ut eam ab initio tantum *declinare*, uel *in totum*, uel *pro parte*, alii sic, ut et susceptam *deponere* possint. *T. l. DE EXCVSATIONIBVS TV-*



TORVM VEL CVRATORVM *l. 25. T. D. DE EXCVSATIONIBVS. XXVII. 1. T. C. DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM ET CVRATORVM, ET DE TEMPORIEVS EARVM. V. 62.*

34. Ad *declinandam tutelam in totum excusat* (1. *numerus liberorum*, puta Romae trium, in Italia quatuor, in provinciis quinque. *pr. l. de excus. tut. T. C. QVI NVMERO LIBERORVM SE EXCVSANT. V. 66.*

35. *Hodie ex certiori et usu comprobata sententia* quinque requiruntur, ut tamen nonnullis in locis haec causa excusandi plane non attendatur. HOPP. *V. H. add. pr. l. de excusat. tut.*

36. Debent praeterea hi liberi esse *nati* non adoptati; *legitimi* non naturales, adhuc *iuventes* uel in acie aut simili expeditione bellica amissi, *primi* uel *secundi gradus* ex filio, non filia, ut tamen, si plures secundi gradus extent, omnes simul stirpem repraesentent, et pro una persona numerentur. *d. pr. l. et l. 2. §. 3. 4. 6. D. de excus. tut.*

37. (2. *Administratio fisci* uel *rerum priuatarum Principis*, non sola advocatio fisci, nec rerum fiscalium, exceptis *uectigalibus*, conductio. *§. 1. l. l. 8. l. 41. D. l. 8. C. de excusat. T. C. NE TVTOR VEL CVRATOR VECTIGALIA CONDUCAT. V. 41.*

38. (3. *Potestas*, id est magistratus maior, *hodie* quilibet magistratus, non dignitas sine magistratu. *§. 3. l. l. 17. §. 4. 5. l. 6. §. 16. l. 15. §. 2. D. de excusat. HOPP. V. H. add. §. 3.*

39. (4. *Numerus tutelarum uel curarum*, puta trium, distinctarum patrimonii non personis, non leuium, nec finitarum uel propediem finiendarum, nec affectatarum. *§. 5. l. l. 31. §. ult. l. 15. §. 9. l. 17. l. 15. §. 15. D. de excus. T. C. QVI NVMERO TVTELARVM. V. 69.*

40. (5. *Paupertas* ingens, quae oneri tutelae impar est, de qua iudex arbitratur. §. 6. l. l. 7. et l. 46. π. de excus. tut.

41. (6. *Imperitia literarum*, id est legendi et scribendi, quae in tutela magna sola sufficit, in modica et expedita cum imperitia negotiorum gerendorum coniuncta esse debet. §. 8. l. l. 6. §. ult. D. de excus. HOPP. ad d. §. 8.

42. (7. *Inimicitia*, tam in genere, quam in specialibus casibus, quando sc. tutor testamento datus est propter inimicitiam, eius sc. uexandi causa, uel status controverfiam a pupillorum patre passus est. §. 9. 11. 12. l. l. 6. §. 17. D. de excus. l. 3. §. 12. de susp. tut.

43. (8. *Aetas* 70. annis maior, etiam hodie. § 13. l. l. 2. π. de excus. T. C. QVI AETATE. V. 68. CARPZ. L. 5. R. 90.

44. (9. *Professio Grammatices, Rhetorices et Medicinae*, hodie quaelibet, non solum ordinaria, sed et extraordinaria, tam in scholis maioribus, quam in minoribus. §. 15. l. de excus. ibique HOPP. V. H.

45. (10. *Clericale munus*, hodie indistincte, nisi forte exceptionem in casu necessitatis uel in liberis clericorum admittas cum HOPPIO ad §. 14. l. de excus. V. H. Nou, 123. c. 5. v. Pos. 21. et seq. h. tit.

46. (11. *Militia*, post honestam uel causariam missionem, et quidem si facta completo militiae tempore, regulariter in perpetuum, si nondum completo militiae tempore, intra certum a missione spatium, secundum l. 8. de excus. T. C. DE EXCUSATIONIBVS VETERANORVM. V. 65.

47. Ad *declinandam* tutelam *pro parte* excusatio procedit quod ad ea bona, quae ultra centesimum lapidem in diuersa prouincia sita sunt. l. 21. §. 2. de excus.

48. Ad *declinandam pariter ac deponendam* tutelam excusat (1. *absentia reipublicae causa*, et quidem a suscepta tutela

tela per tempus absentiae, a nouiter delata etiam intra annum post reditum. §. 2. *l. l. 10. §. 1. 2. D. de excus. T. C.* SI IVTOR VEL CVRATOR REIPUBLICAE CAUSA ABERIT. *V. 64.*

49. (2. *Lis cum pupillo* de omnibus bonis, uel maxima eorum parte, aut de hereditate: ob quam litem J. nouo tutela prohibita: quod hodieque attenditur, nisi alibi aliud constitutum uel usu receptum. §. 4. *l. l. 21. D. de excus. Nou. 72. c. 1--4. Dec. El. Sax. 35.*

50. (3. *Morbus fonticus*, qui uel in perpetuum excusat, uel ad tempus, prouti spes reualefcendi est, uel non est. §. 7. *l. l. 10. §. ult. l. 11. l. 12. l. 40. π. de excus. T. C. QUI MORBO. V. 67.*

51. (4. *Translatio domicilii*, magistratus consensu facta. *l. 12. §. 1. de excus.*

52. (5. *Assumptio in numerum consiliariorum principis.* *l. 30. de excus.*

53. *Excusatio proponenda est (α. rat. temporis*, intra 50. dies continuos, a die scientiae, delatam tutelam esse, computandos, *absoluenda* intra 4. menses a die nominationis, etiam *hodie*, nisi statutis uel moribus alius terminus praefixus est. §. 16. *l. l. 38. D. de excusat. HOPP. V. H. ad d. §. 16.*

54. (β. *Rat. modi*, uel per implorationem officii iudicis, uel per exceptionem, uel per appellationem, quae necessaria non est, sed nec prohibita. §. 16. *l. l. 13. l. 18. C. de excusat. l. 79. §. 6. de admin. tut. l. 4. C. de appellat. LAV-TERB. in Comp. p. 472.*

55. *Specialiter in testamentaria tutela (1) sunt inprimis liberi testatoris*, siue masculi sint, siue feminae, siue primi, siue ulterioris gradus, siue ante, siue post mortem testatoris nati, siue in potestate testatoris fuerint, siue non, siue heredes instituti, siue exheredati. §. 3. et 4. *l. de tutel.*

tutel. l. 4. *D. et T. T. D. et C. DE TESTAMENTARIA TVTELA. XXVI. 2. V. 28. T. I. QUI TESTAMENTO TVTORES DARI POSSVNT. I. 14.*

56. Modo (*α*. *testator liberorum* uocabulo usus sit, non *filiorum*, quo liberi quidem utriusque sexus et posthumi, sed primi gradus, non nepotes, nec neptes, continentur. §. 5. *l. qui testam. tut. j. l. 220. de V. S.*

57. Nec uocabulo *nepotum*, quo nepotes soli neptesque, non liberi primi gradus, posthumi tamen quoque nepotes neptesque intelliguntur. *dd. II.*

58. (*β*. Liberi, qui in testatoris potestate sunt, post mortem ipsius in alterius potestatem non reciderint. *d. §. 3. l. de tut.*

59. (*2. Habent*, qui testamento tutores constituti sunt, et quidem (*α*) uel *sine*, uel *cum confirmatione*, eaque uel *simplici*, uel *cum inquisitione* aut *satisfactione* coniuncta. *T. D. et C. DE CONFIRMANDO TVTORE VEL CVRATORE. XXVI. 3. V. 29.*

60. *Sine confirmatione* tutores ex testamento fiunt, qui a patribus filiisfamilias uerbis directis in testamento perfecto, nec destituto, uel in codicillis testamento confirmatis constituti sunt. *l. 1. §. 1. de confirm. tut. l. 9. de test. tut. CARPZOV. L. 5. R. 85.*

61. *Cum confirmatione simplici* fiunt, qui a patribus non iure, id est liberis emancipatis, uel naturalibus, quibus aliquid relictum, uel in testamento imperfecto aut rupto uel destituto, uel in codicillis testamento non confirmatis tutores constituti sunt. *l. 4. de test. tut. l. 1. §. 2. l. 3. l. 7. 8. 9. 10. D. et l. ult. C. de confirm. tut. l. 31. de test. tut. SCHILTER. Ex. 37. §. 24--28.*

62. *Cum confirmatione* coniuncta cum *inquisitione* uel *satisfactione* fiunt, qui ab alio quam patre, puta a matre liberis heredibus institutis, patruo, patrono, extraneo, im-

B

pube-



puberibus heredibus institutis, in testamento seu perfecto, seu imperfecto uel rupto aut destituto tutores constituti sunt. *l. 4. D. et C. de test. tut. l. 4. et 5. de confirm. tut.*

63. Speciatim *inquisitionem*, eamque solam, adhibet confirmationi magistratus maior, *satisfactionem* exigit magistratus municipalis, praeter *inquisitionem*. *l. 5. de conf. tut.*

64. Jure *Imperii* quilibet tutor, tam testamentarius, quam legitimus, et dativus, etiam qui sine vitio constitutus est, cum *inquisitione* et *satisfactione* est confirmandus. *Ref. Pol. de A. 1548. t. 31. §. 2. et de A. 1577. t. 32. §. 2.*

65. Quo ipso omnis differentia inter tutelam testamentariam legitimam et dativam sublata non est, licet is effectus communis factus sit, ut tutores hodie ante confirmationem tutelae periculum non sustineant. SCHILT. *Ex. 37. §. 39-41. Dn. a BERGER Oec. I. p. 160. Diff. MENCKEN. ad D. T. de conf. tut. p. 365. in Tabb.*

66. Confirmatio fit a iudice ratione domicilii pupilli immediate competente, etiam inferiore, licet tutor alienae iurisdictioni subiectus, siue testamentarius sit, siue legitimus, siue dativus. *a. l. un. C. ubi pet. tut. MENCK. ad D. T. de test. tut. p. 363. in f. et T. de tut. dat. p. 367. in m.*

67. (β) Vel *pure*, uel *sub conditione*, uel *ad conditionem*, uel *ex certo tempore*, uel *ad certum tempus*, uel *ante*, uel *post heredis institutionem*. *l. 8. §. 1. 2. de test. tut. §. 3. l. qui test. tut.*

68. Ubi quamdiu pendet conditio, uel tempus, uel si *pure* datus tutor, quamdiu nemo ex testamento heres existit, uel tutor apud hostes est, tutor temporarius a magistratu constituitur. *§. 2. 2. l. de Attil. tut.*

69. Contra postquam tempus *ad quod* uenit, uel conditio *ad quam* extitit, testamentarius tutor esse desinit, et in eius locum legitimus succedit. *a. l. 2. §. 3. de test. tut.*

70. (γ.)

70. (γ) Vel *habiles*, uel *inhabiles*, si spes est ante pupillarum pubertatem habiles futuros, ubi tantisper tutela testamentaria pendet, et a magistratu tutor subsidarius constituitur. §. 2. *l. qui test. tut.*

71. In *legitima* tutela (1. *sunt* impuberes *cognati*, iidemque uel *cognati* in specie dicti, uel *agnati*, item *liberti* impuberes. *T. D. DE LEGITIMIS TVTORIBVS. XXVI. 4. T. C. DE LEGITIMA TVTELA. V. 30.*

72. (2. *Habent* (α. *l. Pand. et Cod.*) (1) *agnati* maiorenes, suos adgnatos impuberes, ob spem successionis, ad quam a lege ab intestato uocantur, quae *legitima agnatorum tutela* appellatur. *T. I. DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA. l. 15. l. ult. C. de leg. tut. j. l. 10. §. 7. de excus. tut.*

73. (2) *Patroni* eorumue liberi maiorenes liberos impuberes, ad exemplum adgnatorum, quae *legitima patronorum tutela* appellatur. *T. I. DE LEGITIMA PATRONORVM TVTELA. l. 17.*

74. (3) *Patres* maiorenes uel alii ascendentes paterni, liberos uel nepotes, et sic deinceps, emancipatos impuberes, ad exemplum patronorum, quae *legitima parentum tutela* appellatur. *T. I. DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA. l. 18.*

75. (4) *Filii* maiorenes *parentum*, qui liberos uel nepotes, et sic porro, impuberes emanciparunt, et post defuncti sunt, fratres uel sorores, eorumue liberos uel nepotes impuberes, quae tutela *fiduciaria* appellatur. *T. I. DE FIDUCIARIA TVTELA. l. 19.*

76. (β. *l. Nouellarum* (1) tam *agnati*, quam *cognati* maiorenes impuberes cognatos secundum gradus proximitatem, secundum quam ad successionem eorum ab intestato, sublato agnationis et cognationis discrimine, uocantur. *Nou. 118. c. 4. 5.*

77. (2) *Matres* et *auiae* maiorenes, liberos nepotesue

tesue impuberes, si uolunt, et nouis nuptiis, senatusque consulto Velleiano, et reliquis beneficiis muliebribus iudicialiter renunciant. *d. N. j. Nou. 94. c. 2. j. T. C. quando mulier tutelae officio fungi potest.*

78. Quae adeo aliis cognatis masculis praeferuntur, etiam mater auo, seu paterno, seu materno, non tamen auia paterna uel materna auo paterno uel materno. SCHILT. *Ex. 37. §. 59.* THOMAS. *ad Strauch. Diff. 5. §. 15. Diff.* CARPZ. *2. 11. 13.* STRVV. *Ex. 30. §. 26.*

79. Quodsi auia paterna et materna concurrunt, utraque ad tutelam nepotum admittenda. CARPZOV. *Dec. 122.*

80. *J. Saxonico* agnati cognatis, licet gradu proximioribus, praeferuntur, sic tamen, ut pater filium impuberem emancipans, et ex usu mater uel auia omnibus agnatis praeferantur. *l. Prou. Sax. l. 1. a. 23. Weichb. a. 49. HORN. l. Feud. c. 6. §. 16.*

81. Inter complures agnatos uel cognatos illi, qui proximiores sunt, praeferuntur remotioribus, inter gradus pares senior reliquis praefertur. *dd. tt. CARPZOV. L. 5. R. 81.*

82. Tutelae legitimae locus non est, nisi sic deficiat testamentaria, ut uel tutor nullus testamento constitutus sit, uel constitutus defecerit *aliter*, quam *officio iudicis*, u. c. morte naturali uel ciuili. *l. 11. §. 3. 4. de test. tut.*

83. Quodsi *officio iudicis* defecit, siue ab initio per *excusationem*, siue ex postfacto per *remotionem*, ei non legitimus tutor succedit, sed alius a magistratu substituitur. *d. l. 11. §. 1. de test. tut.*

84. In *datina* tutela (i. *sunt* ii, quibus tutores a magistratu dati sunt. *T. D. DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS DATIS AB HIS, QUI TVS DANDI HABENT, ET QUI ET IN QVIBVS* CAV-

CAVSIS SPECIALITER DARI POSSVNT. *XXVI. §. T. C.* QUI DARE TVTORES VEL CVRATORES POSSVNT, ET QUI DARI NON POSSVNT. *V. 34. T. C.* DE TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS ILLVSTRIVM VEL CLARISSIMARVM PERSONARVM. *V. 33. T. I.* DE ATTILIANO TVTORE. *l. 20.*

85. (2. *Habent*, qui a magistratu tutores constituti sunt, uel *in perpetuum*, quando testamentarii et legitimi deficiunt, uel *ad tempus*, quando testamentarii uel legitimi sperantur. *pr. §. 1. et 2. l. de Attil. tut.*

86. Deficiunt *testamentarii* secundum ea, quae modo dicta: *legitimi*, quando nullus cognatus maiorennis adest, uel si adest, *officio iudicis* per excusationem uel remotionem defecit. *l. 3. §. 8. de leg. tut.*

87. Quodsi *aliter* defecit, puta morte naturali uel ciuili, uel de I. Rom. ueteri agnatione per capitis deminutionem perempta, proximus ei agnatus uel J. nouo cognatus succedit. *d. l. 3. §. 9. de leg. tut.*

88. Sperantur *testamentarii* tutores, quando impedimentum, siue aetatis, siue aliud, *legitimi*, quando impedimentum aliud, quam minorennitatis, ante pupilli pubertatem cessare potest. *§. 2. l. qui test. tut. l. 1. §. 2. de leg. tutor. l. ult. C. de leg. tut.*

89. *J. Saxonico* etiam tunc tutela legitima speratur, quando tutor legitimus minorennis est, hoc effectu, ut interim tutor temporarius a magistratu constituatur. WEICHB. *a. 49. RICHT. Dec. 12. n. 13. MENCK. ad D. T. de tut. dat. p. 366. in Tab.*

90. Constituuntur tutores a magistratu (1. *illo*, cuius dandi tutorem specialiter concessum est, unde et mandari tutoris datio non potest. *l. 6. §. 2. de tut. l. 8. de tut. dat. j. pr. §. 3. 4. 5. l. de Attil. tut.*

91. *l. hodierno* a quolibet magistratu ordinario im-

mediato, qui iurisdictionem civilem, siue patrimoniale[m], siue administratori[m], siue principalem, siue mandatam, exercet. Dn. a BERGER *Res. Laut. p. 566.*

92. Idem tamen competens esse debet ratione uel domicili pupilli, uel bonorum, aut certae causae, ob quam tutor constituitur, ueluti ad litem, sic ut puaeuentioni locus sit. *l. un. C. ubi pet. tut. T. C. DE IN LITEM DANDO TVTORE VEL CVRATORE. V. 44. MEV. P. 2. D. 167. CARPZ. 2. 15. 26. 27.*

93. Nisi forte tantum certorum bonorum intuitu tutor constituendus, qui magis est ut ab eo solum, sub cuius iurisdictione bona illa sita sunt, constituatur. *l. 21. §. 2. de excus. tut.*

94. (2. *Illis*, qui constituentis magistratus iurisdictioni subiecti sunt, nisi nulli idonei existant, quo casu electis, qui sub aliena iurisdictione sunt, tutela inuitis a suo magistratu ad hoc requisito imponitur. *l. 24. de tut. dat.*

95. Constituuntur etiam absentes uel ignorantes et inuiti, non tamen magistratus a se ipsis, nec improbi uel suspecti, uel qui a parentibus pupillorum prohibiti. *l. 4. l. 5. l. 21. §. 2. 5. 6. de tut. dat. l. 1. de adm. et per. tut. T. C. SI CONTRA MATRIS VOLVNTATEM TVTOR DATUS SIT. V. 47.*

96. (3. *Illis*, qui tutores ex testamento uel a lege non habent, etiam absentibus, ignorantibus, uel inuitis. *l. 5. l. 6. de tut. dat.*

97. (4. *Quouis loco et tempore*, itemque tam ad implorationem alterius, quam ex officio, pure tamen semper, absque conditione uel die. *l. 3. §. 3. l. 6. §. 1. de tut. l. 6. C. qui dare tut. j. R. l. de A. 1577. t. 32. pr. Dec. El. Sax. 41.*

98. Implorare magistratum competentem, ut tutores constituat, alii possunt, alii debent. *T. D. QUI PETANT TVTORES VEL CVRATORES ET VBI PETANTVR. XXVI. 6. T. C. QUI PETANT*

CAP. II. DE HIS, QTI SVNT VEL ALI. HAB. IN TVT. 15

PETANT TVTORES VEL CVRATORES. *V. 31. I. C. VBI PETANTVR TVTORES VEL CVRATORES. V. 32.*

99. *Possunt cognati, alique, qui pupillis ab intestato uel ex substitutione successuri non sunt, itemque in subsidium creditores, qui cum pupillis acturi sunt. a. l. 10. C. de leg. hered. j. l. 2. C. de neg. gest. l. 2. §. 3. II. l. 4. C. qui pet. tut. d. D. El. Sax. 41.*

100. *Debent mater aliique successionis spem proximam habentes intra annum, sub poena amittendae successionis, etiam hodie. l. 2. §. 1. qui pet. tut. l. 10. C. de leg. hered. CARPZ. Dec. 286.*

101. *Nisi impediti fuerint, uel minores sint, uel illi, quibus peti tutores debuerunt, post pubertatem decesserint. d. l. 10. C. de leg. hered. l. 8. l. 9. C. qui pet. tut. l. 2. C. si adu. del.*

CAP. III.

DE

EFFECTV, QVO QVIS EST VEL
ALIVM HABET IN TVTELA.

I.

Quo quis effectū in tutela fit, uel alium habeat, ut plenius intelligatur, obseruandum, tutelam aliam *delatam*, aliam *susceptam*, itemque aliam *honorariam*, aliam *administratoriam* esse. *§. 5. l. de susp. tut. l. 3. §. 2. de adm. tut. l. 14. §. 1. de solut.*

2. *Delatae tutelae effectus est, ut is, cui delata, aut se excusare legitimo modo et tempore, aut si hoc non potest, nec confirmatione indiget, statim suscipere tutelam debeat.*

3. Si

3. Si hoc non facit, periculum tutelae sustinet, ab eo tempore, quo delatam sciuit, uel alias eandem suscipere debuit, similiter ac is, qui se ex causa non iusta uel falsa excusauit. *l. 20. l. 39. §. 6. II. §. 20. l. de excus. T. C. SI TVTOR VEL CVRATOR FALSIS ALLEGATIONIBVS EXCVSATVS SIT. V. 63. T. C. SI TVTOR VEL CVRATOR NON GESSERIT. V. 55.*

4. *Susceptae* tutelae (1. *honorariae* effectus est, ut tutores honorarii inspectionem in contutores administrantes habere, et si notitiae causa constituti, eandem administrantibus suppeditare, mateque administrantes suspectos postulare debeant, alias vero ipsi pro illis, saluo tamen excussionis et diuisionis beneficio, teneantur. *l. 3. §. 2. j. l. 39. §. u. de adm. tut.*

5. (2. *Administratoariae*, quae in dubio praesumitur, effectus est varius, ratione administrationis uel *inchoandae*, uel *continuandae*. *T. D. DE ADMINISTRATIONE ET PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM, QVI GESSERINT, VEL NON, ET DE AGENTIBVS VEL CONVENIENDIS VNO VEL PLVRIBVS. XXVI. 7. T. C. DE ADMINISTRATIONE TVTORVM VEL CVRATORVM, ET PECVNIA PVPILLARI FOENERANDA VEL DEPONENDA. V. 37. T. C. DE PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM. V. 38.*

6. *Inchoatio* administrationis praerequit 1.) *satisfactionem*, quae *J. Civili* a legitimis tantum, uel sine inquisitione datis tutoribus, sed per fideiussores, *J. Imperii* ab omnibus, sed *moribus* etiam pignoribus uel iuramento, in *Saxonia* regulariter nunquam praestatur. *pr. et t. T. l. DE SATISDATIONE TVTORVM VEL CVRATORVM. l. 24. R. l. de A. 1577. t. 32. §. 3, SCHILT. En. 37. §. 90.*

7. Effectus *satisfactionis* (α. *praestitae* est, ut fideiussores pro tutoribus obligentur, saluis beneficiis fideiussoriis, excussionis, diuisionis, si a diuersis tutoribus dati sunt, et cedendarum actionum. *l. 6. et t. T. D.*

DE FI-



DE FIDEIUSSORIBVS ET NOMINATORIBVS ET HEREDIBVS TVTORVM
ET CVRATORVM. XXVII. 7. T. C. DE FIDEIUSSORIBVS TVTORVM
VEL CVRATORVM. V. 57.

8. Fideiussoribus aequiparantur *nominatores*, qui de-
clinandae tutelae gratia alios tutores nominarunt, siue
ipsi, siue per alium, eosque idoneos esse affirmarunt. l. 2.
l. 4. §. ult. d. t.

9. (β. *Denegatae* est, ut tutor modis arctioribus, ut
pignorum captione, ad eam compellatur, tandemque
tanquam suspectus a tutela remoueatur. l. 3. C. §. 5. l. de
suspect. tut. §. 3. l. de *satisdat.* l. 2. et t. T. C. DE TVTORE VEL CV-
RATORE QVI SATIS NON DEDIT. V. 42.

10. 2.) *Juramentum* tutoris de tutela fideliter dili-
genterque administranda, quod de J. scripto tam *Ciu.*
quam *Imp.* ab omnibus praestandum, sed *moribus* simili-
ter in admonitionem uel promissionem iuramenti loco
factam multis in locis mutatum. *Nou.* 72. c. 8. d. R. l.
SCHILT. d. *Ex.* 37. §. 88.

11. Effectus iuramenti *praestiti* est arctior tutorum
obligatio, *denegati* idem, qui satisfactionis *denegatae*. d.
Nou. 72. pr. et c. 8. d. l. 3. C. et §. 5. l. de *suspect. tut.*

12. 3.) *Inuentarii confectionem solennem*, hodie per
notarium coram duobus testibus, uel *privatam*, coram
cognatis, cum testator inuentarium fieri prohibuit. l. ult.
§. 1. C. *arb. tut.* d. R. l. §. 3. CARPZ. 2. u. 4.

13. Effectus inuentarii (α. *facti* est, ut tutor secun-
dum illud rationes reddere, et si chirographum incen-
dio perierit, probatio nominis inde desumi possit. l. 57.
de adm. tut. Dn. a BERGER *Oec.* I. p. 189. n. 1.

14. (β. *Omissi* est, ut tutor infamis fiat, et prae-
ter poenam extraordinariam tanquam suspectus a tutela
remoueatur, et si dolo, qui praesumitur, inuentarium

C non

non fecit. ad id, quod interest, sic obligetur, ut id iururando in litem aestimari possit. *l. 7. de adm. tut. l. ult. §. 1. C. ubi tut.*

15. Nisi iusta causa, quare non confectum inventarium, afferatur, uel aliunde de facultatibus pupilli constet, quibus casibus iurata specificatio admittitur *d. l. 7. BRVNN. C. 2. D. 6. HOPP. ad pr. l. de satisd. tut. V. H.*

16. In *Saxonia* semper iurata specificatio sufficit, imo a matre tutrice ne quidem, secundum nonnullorum sententiam, exigitur. *Dn. a BERGER Ref. Laut. p. 569. j. E. D. F. p. 85. seqq. Diff. CARPZ. 2. 11. 6. v. Dec. El. 21.*

17. 4.) *J. Imperii decretum confirmationis*, secundum ea, quae dicta sunt, hoc effectu, ut quod ante actum, ipso iure nullum sit, nisi periculum in mora fuerit. *a. l. 5. C. de LL. l. 7. de adm. tut. B. MENCKEN. ad D. d. t. in Tabb. p. 368.*

18. Hoc amplius administratio tutelae suscipi uel ab uno, uel a paucis, uel ab omnibus, uel pro diuiso, uel pro indiuiso potest, arbitrio non tutorum priuato, sed magistratus, uel testatoris, uel ex legis dispositione, si unus ex testamentariis uel ex inquisitione datis satisdedit, etiam *hodie. l. 7. §. 3. 9. de adm. tut. §. 1. l. de satisd. ibique HOPP. V. H.*

19. Effectus susceptae ab uno uel pluribus administrationis idem est, qui continuatae seu gestae, de quo paulo inferius hoc titulo dicitur.

20. Ratione administrationis *continuandae* effectus tutelae administratoriae alius est ex parte *pupilli*, alius ex parte *tutoris*.

21. Ex parte *pupilli* est (a. ut a tutore defendatur, et alimenta accipiat, sic moderanda, ut aliquid ex reditibus superfit, educatio uero cognatis committatur. *l. 10.*

l. 30.

CAP. III. DE EFF. Q. QV. EST VEL ALI. HA. IN TVT. 19

l. 30. de adm. tut. l. 3. §. 1. et t. T. D. VBI PVPILLVS EDVCARI VEL MORARI DEBEAT, ET DE ALIMENTIS EI PRAESTANDIS. XXVII. 2. T. C. VBI PVPILLI EDVCARI DEBEANT. V. 49. T. C. DE ALIMENTIS PVPILLO PRAESTANDIS. V. 50.

22. (β. Vt pupillus ex eo negotio, quod *sine auctoritate tutoris* gessit, non obligetur, siue lucrosum, siue damnosum sit, alios vero sibi obliget, hoc effectu, ut negotium pro arbitrio pupilli ualeat, uel non ualeat, et si non ualeat, tantum restituat pupillus, quantum locupletior factus est. *pr. et t. T. I. DE AVCTORITATE TVTORVM. l. 5. §. 1. et t. T. D. DE AVCTORITATE ET CONSENSV TVTORVM ET CVRATORVM. XXVI. 8. T. C. DE AVCTORITATE PRAESTANDA. V. 59.*

23. Excipitur hereditatis aditio, uel ex fideicommissio susceptio, itemque bonorum possessionis petitio, quae tutoris auctoritate fieri debent. *§. 1. l. de auct. tut.*

24. Praestatur auctoritas a tutore 1.) praesente, 2.) verbis expressis, 3.) in ipso negotio, 4.) pure, 5.) pupillo infantia maiori regulariter, 6.) in iudicialibus et extraiudicialibus. *l. 9. §. 5. l. 3. l. 8. de auct. tut. l. 1. §. 2. de adm. tut. l. 4. C. de auct. praest. l. 32. §. 2. de A. uel A. P.*

25. Non item in rebus, quas pupillus cum tutore habet, qui in specie prohibetur emere rem pupillarem, etiam per alium, sub iactura rei, et praestatione quadrupli pretii, nisi a contutoribus, uel sub hasta, uel cum causae cognitione et decreto magistratus emerit. *l. 5. §. 2. §. 1. 6. l. 6. l. 7. de auct. tut. l. 46. de contrab. emt. CARPZ. 2, 11, 33. et l. 5. R. 68.*

26. Nec a tutore inuito, licet indemnitas ab eo peti, etiam *hodie*, uel auctoritas a magistratu suppleri possit, in causis, in quibus non iam tum decretum magistratus requiritur.

ritur. *l. 17. de auct. tut.* HVBER. *Prael. ad π. d. t. §. 3.* MENCKEN. *ad D. d. t. p. 372.*

27. Si plures tutores pro indiviso administrant, unius cuiuslibet auctoritas sufficit, nisi negotium tale fit, ut eo tutela solvatur: si pro diuiso, eius auctoritate opus, ad cuius partem administrationis res pertinet. *l. ult. C. de auct. praest.*

28. Hodie auctoritas etiam a tutore absente, et ex postfacto praestatur, imo in uniuersum raro praestatur, sed tutor fere omnia pupilli etiam infantia maioris negotia solus gerit. HOPP. *V. H. ad pr. et §. 2. l. de auct. tut.* LAVTERB. *in Comp. p. 469.*

29. (γ. Vt pupillus ex eo negotio, quod solus tutor gessit, tam ius in re, quam ius ad rem seu obligationem acquirat, et vicissim quoque obligetur. *T. D. et C. QUANDO EX FACTO TUTORIS VEL CURATORIS MINORES AGERE VEL CONVENIRI POSSUNT. XXVI. 9. V. 39.*

30. Speciatim, quod *ad jus in re*, acquirit pupillus *dominium* rerum a tutore pecunia pupillari emtarum, siue nomine pupilli, siue nomine tutoris proprio emtae sunt. *l. 13. §. 1. de A. R. D. l. 2. quando ex facto tut.*

31. Acquirat item *possessionem* ex solius tutoris apprehensione, nomine pupilli facta. *l. 32. §. 2. de A. uel A. P. l. 53. de A. R. D.*

32. Quod *ad ius ad rem*, acquiritur pupillo ex contractu pactouae a solo tutore nomine pupilli imito actio *utilis*, itemque ex iudicato, quod tutor solus obtinuit. *l. 5. §. 9. de const. pec. l. 6. quando ex facto tut.*

33. Excipitur Contractus *mutui*, ex quo pupillo etiam tunc, quando suo nomine tutor pecuniam pupillarem mutuo dedit, actio *utilis* acquiritur, et quando
nomi-

nomine pupilli, actio *directa*, l. 2. *D. et C. quando ex fact. tut.* l. 9. §. 8. de *R. C. l. 2. C. per quas pers. nob. acquir.*

34. Quod ad *obligationem pupilli*, similiter ex eo negotio, quod tutor solus nomine pupilli gessit, contra pupillum actio *utilis*, ex mutuo uero, quod tutor nomine pupilli accepit, actio *directa* datur. l. 1. l. 3. *C. quando ex fact. tut.*

35. Modo negotium in utilitatem pupilli gestum fit, unde in mutuo a creditore probandum, pecuniam in utilitatem pupilli versam esse. l. 22. de *adm. tut.* l. 7. §. 3. pro *emttore.* l. 56. §. 4. de *furt.* l. 8. de *bon. possess.* l. 3. *C. quando ex fact. tut.* CARPZOV. l. 5. *R. 78. n. 11. seqq.* add. HVBER. *Prael. ad π. T. quando ex fact. tut.* §. 2.

36. Itemque pupillus de dolo uel culpa tutoris non amplius tenetur, quam ex eo locupletior factus est. l. 1. l. 3. *quando ex fact. tut.*

37. Competere actiones pupillo uel contra pupillum ex facto tutoris, intelligendum in primis est *finita tutela*, quoniam tunc regulariter tutor ipse nec agere amplius, nec conueniri potest. l. 1. *C. d. t.*

38. (8. Vt pupillus ex eo negotio, quod ipse tutoris auctoritate gessit, obligetur, sic (1) ut ex eo pupillo et contra pupillum actio *directa* competat.

39. (2) Vt si pupillus laesus est, electio ipsius sit, uelut petita restitutione in integrum ipsum negotium rescindere, an saluo negotio contra tutorem iudicio *tutela* ad indemnitatem agere. l. 3. l. 5. *C. si tut. uel cur. interv.*

40. Quod si tutoris non ueri, qui protutor, et quasi tutor, uel etiam falsus tutor appellatur, auctoritate negotium gestum, ualet idem, si pupillus uult, non ualet, si non uult, perinde ac si sine auctoritate gestum.



l. 2. D. de eo, qui pro tut. uel cur. neg. gess. T. D. QVOD FALSO TVTORE AVCTORE GESTVM ESSE DICATVR. XXVll. 6.

41. Succurritur tamen priori casu (1) *illis, qui cum pupillis falso tutore auctore contraxerunt et laesi sunt, a) restitutione in integrum, si falsum tutorem esse ignorarunt, uel minores sunt. l. 1. §. 6. j. §. 1. l. 2. l. 4. d. t. quod falso tut.*

42. (3. *Actione in factum ad id, quod interest, intra annum utilem, seu quadriennium continuum, contra falsum tutorem, qui dolo malo se tutorem simulauit, uel eum, cuius dolo malo ille ad auctorandum inscius inductus est, et si plures sunt, contra singulos in solidum, non contra heredes. l. 7. et 9. de eo, quod falso tut. auct. STRYCK. ad Lauterbach. d. t. verbo: annua.*

43. (2) *Pupillo iudicio protutela contra quasi tutorem, ad damnum praestandum, etiam durante tutela, itemque actione utili in factum, ad id, quod interest, quando tutor dolo malo auctor factus est. l. 1. §. 3. de eo, qui pro tut. l. ult. quod falso tut.*

44. 2) *Vt pupillo competat tacita hypotheca (1) in bonis tutoris, ex tempore J. civili suscipiendae administrationis, J. Imperii et Saxon. factae confirmationis, quod tamen et ipsum suscipiendae administrationis dici potest. l. 20. C. de adm. tut. l. 6. §. ult. C. de bon. quae lib. O. P. S. El. T. 45. §. ob auch wohl. Dn. a BERGER E. D. F. p. 1492.*

45. (2) *In bonis protutoris uel falsi tutoris, a tempore susceptae administrationis. a. d. l. 20. C. de adm. tut. l. 19. §. 1. de reb. auct. iud. poss. d. O. P. S. El. d. t. HAHN. ad W. T. de eo, qui pro tutore, uerbis: Eoque. etc.*

46. (3) *In bonis pecunia pupillari emtis, quando illa ipsa utiliter uindicare nolunt, qua in re eligendi arbitrium habent.*

habent. l. 7. qui pot. in pign. l. 2. quando ex fact. tut. CARPZ. 2. 11. 21. j. Dn. a BERGER Ref. Lauterb. p. 468.

47. (4) In bonis vitrici, qui matrem tutricem ante nouum tutorem constitutum, redditasque rationes et residuum restitutum in matrimonium duxit. l. 6. C. in quib. caus. pign.

48. (§. Vt pupillo regressus pateat ad magistratum minorem, qui dolo uel culpa aut nullum tutorem, aut non idoneum dedit, uel cautionem aut nullam, aut non idoneam exegit, ad hoc, ut omne damnum praestet. l. 1. pr. et §. 11. l. 4 D l. 3. §. C. et t. T. ¶. et C. DE MAGISTRATIBVS CONVENIENDIS. XLVII. 8. V. 75.

49. Requiritur tamen eo casu, quando tutor plane non datus, ut magistratus imploratus fuerit ab iis, a quibus implorari posse uel debere T. praec. ultimo loco dictum l. 1. §. 11. d. t. de magistr. conv.

50. Nec potest magistratus eo se excusare, quod tutorem dedit, quem mater uoluit, etiamsi haec indemnitate[m] promisit. l. 1. et t. T. C. SI MATER INDEMNITATEM PROMISIT. V. 46.

51. Si plures sunt magistratus, tenentur pro rata, si culpam; singuli in solidum, si dolum commiserunt, heredes tamen non nisi de dolo uel culpa lata. l. 7. l. 4. d. t.

52. Hodie differentia inter maiorem et minorem magistratum cessat, illud tamen, quod imploratus magistratus esse debeat, adhuc obseruandum, nisi aliud specialiter constitutum, ut in Dec. El. Sax. 41. in fin. CARPZOY. 2. 11. 41.

53. Ex parte tutoris effectus tutelae administratoriae ratione administrationis continuandae est, ut tutor in defensione pupilli quod ad personam et bona, in iudicio, et extra illud, domini loco habeatur. l. 27. l. 30. l. 10. de adm. tut.

54. Quod

54. Quod sic accipiendum (1) ut tutor cum auctoritatem accommodare pupillo possit, si 7. annis maior, praefens, et sanae mentis est, tum solus negotia pupilli etiam extrajudicialia gerere uel *possit*, si in utilitatem pupilli gerat, uel *debeat*, si pupillus infans, uel absens, uel furiosus est. *l. 1. §. 2. 4. l. 22. de adm. tut. l. 7. §. 3. pro emtore l. 56. §. 4. de furt. l. 8. de bon. possess. Diff. STRYCK. C. C. §. 1. C. 2. §. 3.*

55. *Excipitur* (α) hereditatis aditio, uel restitutio ex fideicommissio, quae ab ipso pupillo, uel ipsi pupillo auctore tutore fieri debet, nisi pupillus infans, uel absens, uel furiosus est. *l. 90. de acqu. uel om. her. l. 5. et 18. §. 2. C. de iure del. l. 37. §. 1. et 2. l. 39. II. l. 7. C. ad Sc. Treb. CVIAC. l. 1. O. 34. et l. 7. O. 18.*

56. (β) Causa possessionis acquirendae, ad quam etiam infanti auctoritatem a tutore accommodari posse, utilitatis causa receptum est. *l. 32. §. 2. de A. uel A. P.*

57. (2.) Vt tutor donare non possit de bonis pupilli, nisi ex *necessitate*, siue *iuris*, si parentibus pupilli similibusue personis alimenta praestet, siue *consuetudinis*, si hodie nuptiarum causa donet, uel ex *utilitate*, si remunerandi causa donet. *l. 22. l. 2. §. 3. l. 13. §. 2. de adm. tut. CARPZ. 2. II. 48. SCHILT. Ex. 37. §. 103.*

58. Quod adeo uerum, ut pupillo uindicatio rerum donatarum competat, tutor tamen ipse donationem reuocare non possit. *l. 16. C. de adm. tut. l. 25. de adopt. CARP. ZOV. 2. II. 49.*

59. (3) Vt tutor teneatur pecuniam pupillarem (α) in emtionem rerum immobilium impendere, sub poena usurarum praestandarum, si emendi occasio idonea fuerit. *l. 7. §. 3. de adm. tut.*

60. (β) Foenori dare, si deficiente occasione res immo-

immobiles emendi idoneos debitores inuenerit, uel his etiam deficientibus pecuniam apud magistratum deponere, sub poena praestandarum usurarum, uel si soluendo non sit, extraordinaria. *l. 7. §. 10. u. l. 15. l. 49. de adm. tut. T. C. DE VSVRIS PVPILLARIBVS. V. 56. CARPZ. 2. 11. 23.*

61. Quod posterius *J. nouiss.* ex parte pupillorum ditiorum, qui reditus ad ipsorum sustentationem sufficientes habent, est mutatum, sed nihilominus fere hodie usu seruari solet. *Nov. 72. c. 6. 7. CARPZ. 2. 11. 22. STRYK. de C. C. §. 3. C. 2. §. 3.*

62. (4) Vt exigere nomina et soluere debita possit, sic tamen, ut extraneus debitor ex foeneratitia uel simili causa sortem uel usuras biennales metas et 100. solidorum quantitatem excedentes non secure, nisi ex decreto iudicis soluat. *l. 48. §. ult. l. 15. l. 9. §. 5. D. l. 25. l. 27. C. de adm. tut. CARPZ. 2. 11. 45.*

63. (5) Vt tutor, cum pupilli nomine in iudicio agit uel excipit, a cautione rati uel iudicatum solui liber sit, procuratoremque constituat post litem contestatam, actorem etiam ante, sed periculo ipsius et ex decreto magistratus. *l. 1. §. 2. l. 23. l. 24. D. l. 13. C. de adm. tut. l. 11. C. de procur. T. C. DE ACTORE A TVTORE SEV CVRATORE DANDO. V. 61.*

64. Quod decretum hodie cessat, imprimis in *Sax. El.* in qua potius hoc requiritur, ut actorum ab omnibus tutoribus subscriptum sit et subsignatum, et una cum tutorio exhibeatur. *O. P. T. 9. §. 1. j. CARPZ. Proc. t. 5. a. 5. n. 25.*

65. (6) Vt tutor mobilia, quae seruando seruari non possunt, alienare possit, ea uero, quae seruari possunt, itemque immobilia, alienare, uel obligare, ut alienatio sequi possit, nequeat, nisi sub certis requisitis. *T. D. DE REBVS HORVM, QVI SVB TVTELA VEL CVRA SVNT, SINE DE-
D CRETO*

CRETO NON ALIENANDIS. *XXVII. q. T. C. DE PRAEDIIS ET ALIIS REBVS MINORVM SINE DECRETO NON ALIENANDIS VEL OBLIGANDIS. V. 71.*

66. Quae requisita sunt (*α iusta causa*, puta necessaria, non utilis, itemque uera, non ficta, licet a iudice approbata sit. *l. 6. j. l. 12. et 5. C. de praed. et al. reb. min. l. 5. §. 14. et 15. de reb. eor.*

67. (*β. Causae cognitio*, eaque plenaria, quae desiderat inspectionem inuentarii, et causae examinationem solidiorem, adhibitis propinquis uel etiam aduocato, qui iudicem instruat, factam. *l. 5. §. 9. 10. 11. d. t. STRYK. de caut. contr. S. t. c. 3. §. 23.*

68. (*γ. Decretum magistratus*, competentis ratione loci uel rei sitae, uel administratae tutelae, pro arbitrio tutoris, siue praecedat, siue sequatur alienationem. *l. 2. l. 5. §. 12. D. l. 16. C. d. t. BERLICH. Dec. 29. et 149. Dn. a BERGER Ref. Laut. p. 578. j. STRYK. d. l. §. 22.*

69. (*δ. Subhastatio*, secundum non tam ius scriptum, quam usum fori. Laud. Dn. a BERGER *d. l. j. E. D. F. p. 1116.*

70. Quibus requisitis obseruatis alienatio ualida est, sic tamen, ut laesus pupillus in integrum restituatur. *l. 11. C. de praed. et al. reb. B. HORN. J. F. c. 20. §. 16.*

71. Neglectis requisitis alienatio est ipso iure nulla, hoc effectu, ut pupillus rem alienatam vindicare possit, recipiatque cum omni causa et fructibus perceptis sine onere, ipse b. f. emtori restituat de pretio, quantum locupletior factus est. *l. 10. 14. 16. C. d. t. T. C. SI QVIS IGNORANS REM MINORIS ESSE, SINE DECRETO COMPARAVERIT. V. 73.*

72. Adhibita requisita esse probat is, qui ualidam alienationem esse dicit, neglecta esse probat pupillus, quando in neglectu se fundat. CARPZ. 2. 11. 32. et *l. 1. R. 80.*

73. Ces-

73. Cessant requisita, (1. quando magistratus rem pupilli siue ex causa iudicati, siue ob ius pignoris, quod creditor in ea habet, uendit, salua tamen laeso pupillo restitutione in integrum. *l. 3. §. 1. l. 1. §. 2. de reb. eor. l. 1. C. de praed. et al. reb. min. T. C. QUANDO DECRETO OPVS NON EST. V. 72.*

74. (2 Quando tutor rem alienauit uel obligauit, sed uel ex pacto de retrouendendo, uel ex permissione parentum aut testatoris, uel ex principis rescripto, uel ob cautionem iudicio fisti, aut iudicatum solui, si pupillus per procuratorem defenditur, uel ex causa diuisionis, ad quam maior prouocauit. *l. 1. l. 3. l. 2. C. quando decreto opus non est. l. 28. §. 3. C. de adm. tut. ibique GOTHO. FRED. lit. k. j. §. 3. 4. l. de satisd. l. 17. C. de praed. et al. reb. min.*

75. Item ex postfacto alienatio conualescit, quando eam pupillus maior factus rati habet, uel expresse uel tacite silentio quinquennali, si res titulo oneroso, et decennali uel uicennali, si lucratiuo alienata est. *l. 2. 3. et t. T. C. SI MAIOR FACTVS ALIENATIONEM FACTAM SINE DECRETO RATAM HABVERIT. V. 74.*

76. (7) Vt tutor tutelam male administrans suspectus postulari possit. *T. D. C. et l. DE SUSPECTIS TVTORIBVS ET CVRATORIBVS. XXVI. 10. V. 43. l. 26.*

77. Postulare potest quilibet ex populo, etiam femina, necessitudine uel pietate ducta, ex officio contutores, etiam honorarii, non ipsi pupilli postulant. *§. 3. 4. l. 1. §. 7. l. 5. l. 7. D. d. t. l. 3. §. 2. de adm. tut.*

78. Postulari potest quilibet tutor, dolo uel lata culpa tutelam male administrans, uel etiam ante administrationem se suspectum reddens, etiam si satisdederit, uel satisfactionem offerat. *§. 2. 4. 5. 12. l. 1. 7. §. 1. D. de susp. tut.*



79. Judex competens est magistratus maior, *hodie* quilibet magistratus ordinarius, qui de crimine, cuius tutor accusatur, cognoscendi statuendique potestatem habet. §. 1. *l. d. t. l. 1. §. 11. ad Sct. Turpill. R. l. de A. 1577. t. 32. §. 3. SCHILT. Ex. 37. §. 141.*

80. Modus postulandi est accusatio, *hodie* etiam imploratio iudicis et denunciatio, quam sequitur inquisitio, quae et ex officio suscipi potest et debet. *v. l. 3. §. 4. et 12. de susp. tut.*

81. Effectus postulationis est, ut tutor suspecti *postulatus* ab administratione suspendatur, *conuictus* (α) a tutela *remoueatur*, nisi patronus, cognatus, uel affinis sit, cui potius curator adiungitur. §. 7. *l. l. 9. D. l. 7. C. de susp. tut. l. 4. C. in quib. cas. tut. uel cur. hab.*

82. (β) *Infamis fiat*, si quidem in decreto, quo remouetur, dolus ceu causa remotionis expressus est. *l. 4. §. 2. D. l. ult. C. de susp. tut.*

83. (γ) Extra ordinem puniatur, pro conditione admissi. §. 10. *l. de susp. tut. l. 55. §. 1. de adm. tut.*

84. Extinguitur suspecti postulatio uel cognitio morte tutoris, uel si alio modo tutela finita est, succedente in locum eius iudicio tutelae, si pupillus ex administratione tutoris damnum sensit. §. 8. *l. l. 11. D. l. 1. C. de susp. tut. l. 4. de tut. et rat. dist.*

85. (8) Vt tutor ab extraneis ex negotiis pupillariibus, siue ab ipso gestis, siue non, durante tutela conueniri possit, finita tutela non possit. *l. 1. C. quando ex facto tut. j. l. 2. de adm. tut.*

86. Nisi ex dolo uel culpa in administratione commissa, uel ex eo, quod se ipsum pro pupillo fideiubendo, uel alio modo obligauit, conueniatur, uel administratio nondum in curatorem translata sit. *l. 1. l. 3. quando ex*

de ex fact. tut. l. 15. C. de adm. tut. l. 9. C. de praed. et al. reb. min. l. un. T. C. VT CAUSAE POST PVBERTATEM ADSIT TVTOR. V. 48.

87. Si tutela a pluribus pro diuiso administrata, quilibet conueniri potest, si pro diuiso, ille, ad cuius administrationem negotium, ex quo agitur, pertinet, conueniendus est. *l. 2. et t. T. C. SI EX PLVRIBVS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS OMNES VEL VNVS AGEKE PRO MINORE, VEL CONVENIRI POSSINT. V. 40. T. D. De administratione et periculo tutorum et curatorum, qui gesserunt, uel non, et DE AGENTIBVS VEL CONVENIENDIS VNO VEL PLVRIBVS. XXVI. 7.*

88. (9) Vt tutor obligetur ad reddendas rationes, residuum restituendum, et praestandum (i. dolum, latam et leuem culpam in concreto ad augendam diligentiam, itemque casum, cui culpa ista uel dolus causam dedit. *l. 9. 2. 7. C. arb. tut. l. 82. de cond. et dem. l. 1. de tut. et rat. dist. MENCK. ad D. T. commod. p. 202. in Tabb.*

89. Excipiuntur (α difficilia negotia et nomina a patre pupilli uel tutore antecessore constituta, in quibus exigendis lata tantum culpa praestatur. *l. 7. §. 2. de tut. et rat. dist. l. 2. C. arb. tut. CARPZ. 2. 11. 24. MEV. P. 4. D. 11. Diss. FINCKELTH. O. 35.*

90. (β Casus, si se tutor tutelae obtulit, quo culpa leuissima praestatur. *l. 53. §. 3. de furt.*

91. Heredes praestant tantum dolum et latam culpam, non leuem, nisi uel lis cum tutore contestata, uel dolus culpam leuem praecessit, uel heredes proprio nomine ex re uel facto obstricti sunt. *l. 1. 2. et t. T. C. DE HEREDIBVS TVTORVM VEL CVRATORVM. V. 54. l. 1. 4. 8. et t. T. D. De fideiussoribus et nominatoribus et HEREDIBVS TVTORVM ET CVRATORVM. XXVII. 7.*



92. Quod si tutor uel heredes dolo uel lata culpa morosi sunt, contra eos in litem iuratur. *l. 1. l. 2. et t. T. C. DE IN LITEM IVRANDO. V. 53.*

93. Si plures tutores administrationem gesserunt, obligantur (α *in solidum*, si pro indiuiso, uel facta priuato tutorum arbitrio diuisione, gesserunt, saluo beneficio diuisionis et excussionis, *l. 1. § u. de tut. et rat. dist. l. 2. in fin. l. ult. et t. T. C. DE DIVIDENDA TVTELA, ET PRO QVA PARTE QVISQVE TVTORVM CONVENIATUR. V. 52.*

94. (β *Pro sua quisque administratione*, si magistratus uel testatoris auctoritate administrationem diuiserunt. *d. l. 2. C. de diu. tut.*

95. Rationes redduntur in loco gestae administrationis finita tutela, *J. Imperii et Sax.* singulis annis, quod tamen, quamuis male et periculo tutorum, parum obseruatur. *l. 1. et t. T. C. VBI DE RATIOCINIIS TAM PVBLICIS, QVAM PRIVATIS AGI OPORTET. III. 2. l. 9. §. 4. de tut. et rat. dist. R. l. de A. 1577. t. 32. §. 3. C. El. Sax. 11. P. 2. et Dec. 36. HOPP. V. H. ad §. 7. l. de Att. tut. MENCK. ad D. T. de tut. et rat. dist. p. 279. in fin. CARPZ. L. 2. R. 33.*

96. Quae omnia etiam in protutoribus obtinent, nisi quod etiam ante finitam tutelam rationes ab illis exigi possunt. *l. 1. pr. et §. 3. et t. Tit. D. DE EO, QVI PRO TVTORE, PROVE CVRATORE NEGOTIA GESSIT. V. 45.*

97. (10) Vt tutor monere pupillum puberem factum debeat, ut sibi petat curatorem constitui, etiam *hodie*, si curam in se suscipere recusat. *l. 5. §. 5. de adm. tut.*

CAP.



CAP. IV.

QVOMODO QVI SVNT VEL ALIOS
HABENT IN TVTELA, ESSE VEL
HABERE DESINANT.

I.

Q Vi sunt uel alios habent in tutela, esse habere definunt modis uel *communibus*, uel certae speciei tutelae *propriis*. *T. I. QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR. I. 22. T. C. QVANDO TVTORES VEL CVRATORES ESSE DESINANT. V. 60.*

2. *Communibus* modis definunt in tutela 1) esse pupilli, pubertate, itemque morte et quavis capitis deminutione, etiam *hodie. pr. §. 2. 3. 4. l. d. t.*

3. 2) *Habere* tutores, (*α ipso iure*, morte itidem naturali, et capitis deminutione maxima atque media. *d. §. 3. et 4.*

4. (*β Officio iudicis* excufatione uel remotione. *§. 6. l. eod.*

5. *Propriis* modis in tutela (1 *testamentaria* habere definit tutor testamento ad conditionem uel diem constitutus, existente conditione uel die. *§. 2. 5. l. eod.*

6. (2 *Legitima* (*α agnatorum* habere definit tutor adgnatus minima capitis deminutione, quae per arrogationem contingit, quippe qua ius adgnationis perimitur. *§. 4. l. eod. T. I. DE CAPITIS DEMINVTIONE. I. 16.*

7. *Quod nouo iure*, postquam sublata adgnatorum et cognatorum differentia cognati pariter atque adgnati pro gradus proximitate ad tutelam uocantur, usum non habet, nisi forte in *Saxonia. Nou. 118. c. 4. §. v. Posit. 80. et seqq. C. 52. et MENCKEN. ad D. in Tabb. p. 385. in f.*

3. (*β*)

8. (β *Materna* habere definit mater liberos, quando ad secundas nuptias processit. *Nov. 94. c. 2.*

9. (γ *Datiua* habere definit tutor temporarius, cessante causa, ob quam constitutus fuit. §. 1. l. de *Attiliano tutore.*

CAP. V.

DE

HIS, QVI SVNT VEL ALIOS HABENT IN CVRA AETATIS.

I.

IN cura aetatis (1. *sunt* minores, qui pubertatem egressi si nondum annum aetatis *J. civ. 25. J. Sax. 21.* impleverunt. *pr. et t. T. l. DE CVRATORIBVS. l. 23. J. P. Sax. l. 1. a. 42.*

2. Interdum tamen et pupilli curatores accipiunt, puta (α quando tutor suspectus postulatus, quamdiu durat cognitio, uel tutori legitimo suspecto et stricto iure remouendo, uel testamentario aut datiuo citra fraudem non satis ad administrationem idoneo, uel cuius tutori ob administrationis amplitudinem curator adiungitur. §. 5. l. de *curator. l. 9. D. et l. 7. C. de susp. tut. l. 3. et t. T. C. IN QVIBVS CASIBVS TVTOREM VEL CVRATOREM HABENTI TVTOR VEL CVRATOR DARI POTEST. V. 36.*

3. (β Quando tutor, qui administrationem gerit, eam impeditur continuare ex causa, quae ante pupilli pubertatem probabiliter cessura est, si interim hereditas pupillo adeunda, ad quam tutor ipsi necessario constituendus. l. 28. §. ult. l. 12. de *excusat. l. 15. de tut. dat. l. 7. §. 1. de appellat. l. 19. D. et §. 1. l. de auct. tut.*

4. Quod

4. Quod si causa impediens ante pupilli pubertatem cessura non est, tutorem habenti tutor constituitur, similiter ac eo casu, quando impedimentum ab initio tutelae adest, uel bona pupilli in diversis prouinciis sita sunt. *l. 4. C. in quib. cas. tut. l. 12. et 17. de tut. l. 21. §. 2. de excus.*

5. Quamuis nec *J. Civ.* hac parte satis semper distincta tutoris et curatoris nomina uideantur, nec *hodie* ualde distingui soleant, saluis tamen, quae ad rem ipsam pertinent, differentiis. *HOPP. ad §. 5. et 2. V. H. l. de curat.*

6 (2. *Habent*, qui a magistratu curatores constituti, uel ab eodem, si a patre, uel *hodie* etiam a matre, testamento dati, confirmati sunt. *§. 1. l. de curat. l. 1. §. 3. de confirm. tut. R. l. de A. 1577. t. 32. pr.*

7. Legitimi curatores aetatis non dantur, licet ad causam aetatis uitium furoris uel dementiae accedat, cuius alias agnati legitimi curatores sunt. *l. 3. §. 1. l. 6. de tut. §. 3. l. de curat.*

8. Curatores iidem, qui tutores, ab eodem magistratu, eodemque modo et effectu constituuntur, nisi singularis ratio diuersitatis intercedat.

9. Speciatim (1. curatores iisdem ex causis prohibentur uel excusantur, ex quibus tutores, nisi quod excusatur a cura, qui tutelam gessit, et maritus prohibeatur curator uxoris esse, quod in *Saxonia* et alibi secus. *§. 18. 19. l. 1. 4. C. de excus. l. 2. C. qui dari tut.*

10. (2. Curatores omnes *J. Imperii*, ut tutores, sunt confirmandi, nisi idem, qui tutelam gessit, etiam curam suscipere, et sic administrationem continuare uelit, quod plerumque fit, non tamen necessario.

E

11. (3.

11. (3. Curatores etiam absentes, ignorantibus et inuiti, ut tutores, non tamen inuitis adolescentibus constituntur, praeterquam ad litem, et rationes a tutore recipiendas, et in genere fere ad ea negotia, in quibus in integrum restitutionem quaerere possunt. §. 2. *l. de curat. l. 7. §. 2. de min. l. 7. qui pet. tut.* HOPP. *ad d. §. 2.*

12. *Hodie semper curatores inuitis quoque dantur, siue ante iam curatores habuerint, siue non. R. l. de A. 1577. t. 32. §. 1.*

13. (4. Curatores obligantur similiter ac tutores, antequam administrationem curae incipiunt, ad satisfactionem, iuramentum, et inuentarium faciendum, nisi tale iam a tutore confectum est.

14. (5. Curator aequae ac tutor personae pariter ac patrimonii minoris curam habet, sed sic, ut principaliter bonis, minus principaliter personae, tutor contra principaliter personae, minus principaliter bonis datus intelligatur.

15. (6. Minor aequae ac pupillus ad hoc, ut ualide obligetur, approbatione curatoris opus habet, ut tamen curator *consensum* tantum, tutor *auctoritatem* praestare dicatur.

16. (7. Minor sine consensu curatoris similiter ac pupillus sine auctoritate tutoris ipso iure non obligatur, sed alios sibi obligat, nisi quod nuptias uel sponsalia celebrare potest, et tunc obligatur, cum curatorem non habet, saluo beneficio restitutionis in integrum. *l. 3. C. de in integr. restit. min. l. 8. C. de nupt.*

17. Quod postremum hodie ex eo, quod omnes minores curatores accipere debent, cessat, sic ut etiam is, qui curatorem non habet, ipso iure in rebus, quae bona spectant, non obligetur. HOPP. *ad pr. l. de curat. V. H.*

18. (8.

18. (8. Consensus a curatore similiter, ac a tutore auctoritas, praestatur, nisi quod etiam antecedere consensus uel subsequi negotium contractum potest. HAHN. ad *W. T. de auctor. tut. n. V. ad verba: integratur autem.*

19. (9. Minor ex eo, quod solus curator gessit, similiter, ac pupillus ex eo, quod tutor, acquirit et obligatur.

20. (10. Minor ex eo negotio, quod ipse consensu curatoris gessit, similiter ut pupillus, obligatur, ut possit laesus in integrum restituti, uel curatorem conuenire, quo casu tamen contra curatorem uel procuratorem non nisi utilem tutelae uel protutelae actionem habet. V. inferius Cap. VIII.

21. (11. Minor hypothecam tacitam in bonis curatoris similiter, ac pupillus in bonis tutoris, habet.

22. (12. Minoribus similiter ac pupillis regressus ultimus contra magistratum patet. *l. 1. §. 5. et 6. de magistrat. conv.*

23. (13. Curator idem in administratione curae, quod tutor in administratione tutelae, circa bona tam mobilia, quam immobilia, et personam minoris, tam in iudicio, quam extra illud, potest, ut tamen a minore ex consilio propinquorum suspectus postulari possit. *§. 4. l. de suspect. tut.*

24. (14. Curator similiter ex administratione curae, ac tutor ex administratione tutelae obligatur, nisi quod obligatio ad monendum pupillum puberem factum, ut sibi curatorem petat, tutoris propria est.

25. (15. Cura iisdem modis, quibus tutela, finitur, nisi quod tempus, quo finitur, sit 25. *J. Saxon. 21. annorum*, et impetrata uenia aetatis coarctari possit, de quo supra iam actum est. *pr. l. de curat. J. Sax. Feud. c. 26.*

CAP. VI.

DE

HIS, QUI SVNT VEL ALIOS HABENT
IN CVRA MORBI.

I.

IN cura morbi latius accepti (i. *sunt*, qui defectu animi vel corporis laborant, ut res suas ipsi administrare non possint, furiosi, mente capti, prodigi, surdi, muti, coeci, perpetuo morbo laborantes. §. 3. 4. l. de curat. T. D. DE CVRATORIBVS FVRIOSO ET ALIIS EXTRA MINORES DANDIS. XXVII. 10. T. C. DE CVRATORE FVRIOSI VLL PRODIGI. V. 70.

2. Modo sint maiorenes, alioqui in tutela uel cura aetatis sunt. l. 3. §. 1. l. 6. de tut.

3. Prodigus accipiendus non quilibet bona sua dilapidans, sed qui a magistratu pro tali declaratus, et bonorum suorum administratione prohibitus est. l. 1. pr. l. 10. de curat. furios.

4. (2. *Habent* (α qui testamento a parentibus furiosorum, uel id genus aliorum, similiter, ut curatores aetatis, dati sunt. l. ult. §. 5. de curat. furios.

§. (β *Agnati* furiosos, prodigos, et qui praeterea testamentum facere impediuntur, ex legis dispositione, etiam *hodie*, sublata tamen extra Saxoniam inter adgnatos et cognatos differentia. §. 3. l. de curat. Nov. 118. c. 4. s. CARPZOV. l. 4. R. 61. MENCKEN. Tit. de curat. furios. p. 386. in Tabb.

6. (γ Qui a magistratu constituti sunt, deficientibus testamentariis et legitimis. HOPP. ad §. 3. l. de curat.

7. Con-

7. Constituuntur similiter ut curatores aetatis, constitutique eandem potestatem habent, ad eademque obligantur.

8. Nisi quod curator furiosus (1. a satisfactione liber est, si idoneam substantiam possidet, quod similiter ad alios curatores morbi applicandum. *l. ult. §. 3. C. de curat. furios.*

9. (2. Hereditatem adire, uel bonorum possessionem agnoscere potest et debet nomine furiosus, cuius tamen in arbitrio est recepta mentis sanitate, hereditatem uel b. p. agnoscere uel repudiare. *d. l. ult. §. 7. et 9.*

10. Similiter et illi, qui in cura morbi sunt, eadem ratione, eodemque effectum, quo alii in cura aetatis, sunt, nisi singularis ratio diuersitatis intercedat. *l. 6. de V. O. l. 19. 20. 21. 22. de reb. auct. iud. poss. CARPZ. 2. 15. 37.*

11. Quo posteriori respectu nomine furiosus omnia agit curator solus, quando iste furoris stimulis agitatur, furiosus in dilucidis interuallis omnia agit solus sine curatore. *l. 5. de R. l. l. 6. C. de curat. furios.*

12. Item prodigus non potest facere testamentum, quod minor facere ex causa aetatis non prohibetur. *§. 2. l. quibus non est perm. facere testam.*

13. Potest tamen prodigus nuptias sine curatore contrahere, ut minor, quod facere furiosus ne quidem consensu curatoris potest. *l. 8. C. de nupt. l. 40. de R. l.*

14. Finitur cura morbi iisdem modis, quibus cura aetatis, nisi ratio diuersitatis subsit.

15. Sic finitur arrogatione in prodigo, non in furioso, qui ob defectum uoluntatis arrogari non potest. *d. l. 40. de R. l.*



16. Praeter modos, quibus cura aetatis, finitur cura morbi (*ae Legitima*, agnatione capitis deminutione peremta, puta de *J. ueteri*, non nouo. *a. §. 4. l. quib. mod. tut. fin. Nou. 118. c. 4. 5.*

17. (*β In genere omnis* cessatione morbi, modo in perpetuum cesset, et in prodigo sententia iudicis absolutoria accesserit. *l. 1. D. et l. 6. C. de curat. furios.*

CAP. VII.

DE

HIS, QUI SVNT VEL ALIOS HABENT IN CVRA SEXVS.

I.

IN cura *sexus* (1) *sunt* feminae, imprimis in Saxonia, tam nuptae, quam solutae, et hae tam uirgines, quam uiduae, omnes tam Saxon. communi, quam Elect. iure. *l. Prov. Sax. l. 1. a. 45. P. 2. C. El. 15.*

2. (2) *Habent* (*ae mariti*, ex legis dispositione, qui proinde curatores legitimi, seu connubiales, *eheliche Vormunde* | appellantur. *l. P. Sax. d. a. 45. et a. 31. d. P. 2. C. 15. j. Dec. El. 24.*

3. (*β Alii*, qui mulieribus, siue nuptis, siue solutis, a magistratu ratione uel domicilii earum, uel bonorum, uel contractus aut litis pendentis competente, constituti. *Dec. El. 59. j. Dn. a BERGER E. D. F. p. 305.*

4. *Effectus* curae *sexus* ex parte *feminarum* est, (*ae J. Sax. communi*, ut nuptae sine consensu maritorum se obligare nequeant, alios sibi obligent, ad exemplum minorum et pupillorum, non nuptae omnia negotia extra-

traudicialia libere agant. *d. l. P. S. l. 1. a. 45.* RICHT.
Dec. 27. n. 22.

5. (β J. Saxon. *El.* ut nec nuptae sine maritorum,
et aliorum, quos praeter maritos habent, curatorum,
consensu, nec solutae sine curatoribus se obligare possint,
alios sibi obligent. *d. P. 2. C. 15. et Dec. 24.*

6. Exciipiuntur (1) feminae solutae, quatenus mobilia alienant, ut tamen geradam donare sine curatoribus non possint, uendere uero, inprimis liberis, possint. *d. C. 15. ibique CARPZOV. D. 15. et 8. Dec. El. 22. Dn. WERNH. O. F. 180. RIVIN. T. 8. En. 40.*

7. (2) Mercatrices, quatenus mercaturae intuitu contrahunt, et in genere feminae, quatenus in rebus ad oeconomiam pertinentibus negotiantur. *d. C. 15. ibique CARPZ. D. 16. Dn. a BERGER E. D. F. p. 300. seqq.*

8. (3) Feminae illustres, quae territoria habent, et consiliariis instructae sunt. *CARPZOV. ad d. C. 15. Def. 9.*

9. (4) Feminae contrahentes in praesentia agnatorum, non tamen cum ipsis adgnatis, uel in praesentia eorum, qui postea curatores dati sunt. *CARPZOV. ad d. C. 15. D. 18. et 32. Dn. a BERGER E. D. F. p. 306. et suppl. P. 1. p. 128. Dn. WERNH. P. 1. O. F. 206.*

10. (5) Feminae mutuuum accipientes, uel debitoribus mutuuum soluentibus apochas dantes, uel alias in sui utilitatem contrahentes. *CARPZOV. ad d. C. 15. D. 14. 17. j. D. 3. Dn. a BERGER El. Proc. Exec. §. 17. RIVIN. T. 8. En. 38.*

11. (6) Feminae cum liberis uel parentibus contrahentes, speciatimque remittentes ius contra liberos ex pacto hereditatis renunciatio quaesitum. *CARPZ. ad d. C. 15. D. 8. WERNH. P. 1. O. F. 161.*

12. (7)

12. (7) Feminae renunciante*s* iuri quaerundo, ut hereditati deferendae seu futurae, non quaesito, ut hereditati delatae, nisi quod filia hereditati paternae futurae non nisi iurato ualide renunciat. CARPZ, *ad d. C. 15. D. 22. j. P. 3. C. 7. D. 15.*

13. (8) Feminae contrahentes pacta dotalia, siue simplicia, siue mixta, quia et ipsum matrimonium sine consensu curatorum contrahere possunt. CARPZ. *2. 15. 11. et Dec. 143. STRYK. de S. A. i. Diff. 8. C. 5. §. 13.*

14. Cum mariti uel alterius curatoris auctoritate seu consensu femina quaeuis negotia sic gerit, ut inuita ex iis obligetur, siue auctoritas negotium praecesserit, siue secuta sit. *Dn. a BERGER. El. Proc. Exec. §. 18. seq.*

15. Quod sic accipiendum (a) ut mariti et alius curatoris auctoritas coniunctim requiratur, (1) quando uxor praeter maritum alium curatorem habet, uel generalem, qui in omnibus, uel specialem, qui in ea causa, ad quam datus, adhiberi debet. *Dec. 24. RIVIN. T. 8. En. 34.*

16. (2) Quando uxor in utilitatem mariti contrahere, speciatimque bonum dotale immobile alienare uult hoc effectu, ut post ipsius obitum maritus pecuniam ceu heres mobilis lucretur. *d. Dec. 24. CARPZ. ad d. C. 15. D. 23. 24. 25. j. P. 2. C. 13. D. 5.*

17. (3) Quando uxor super diuisione hereditatis defunctorum parentum apocham dare uult. CARPZOV. *d. 1. D. 22. Dn. a BERGER. E. D. F. p. 1780. seqq.*

18. (β. *Vt solius mariti auctoritas sufficiat* (1) simpliciter, in negotiis extraiudicialibus, et iudicialibus iis, quae speciale mandatum non requirunt, secundum usum fori. *O. P. S. El. T. 8.*

19. (2. *Si idem uxori curator iudicialiter constitutus est*, in negotiis iudicialibus, quae speciale mandatum requirunt.

Dn. a

CAP. VII. DE HIS, Q. SVNT VEL HAB. IN CVR. SEX. 41

Dn. a BERGER E. D. F. p. 298. seq. RIVIN. T. 8. E. 10. j. tr. ZIEGL. ad d. T. O. P. S. uerb. Gerichtlich bestättigt.

20. (1. *Vi maritus quaedam solus pro uxore expedire possit*, puta (1. *extra iudicium omnia*, imo etiam nomine proprio de bonis uxoris contrahere, modo uxor consentiat. *CARPZ. 2. 15. 20. RIVIN. d. T. 8. En. 41.*

21. (2. *In iudicio ea*, quae speciale mandatum non requirunt, ad instar procuratoris generalis, modo cautionem rati praestet, si non ipse uxori curator iudicialiter constitutus est. *O. P. S. El. d. t. 8. inf. Dn. a BERG. E. D. F. p. 298.*

22. Ex parte *curatorum* effectus curae sexus est, ut curatores sint instar consiliariorum, et nihil amplius praestent, quam dolum et latam culpam.

23. Tollitur cura sexus morte feminae uel curatoris, itemque reuocatione feminae, non sola posterioris curatoris constitutione, nec sola domicilii mutatione. *Dn. a BERGER laud. E. D. F. p. 293. seqq. et p. 289.*

CAP. VIII.

DE

ACTIONIBVS EX STATV TVTELARI
DESCENDENTIBVS.

I.

EX statu tutelari descendunt actiones, (1. *praeiudiciales*: (2. *aliae*, eaque uel *reales*, uel *personales*, licet posteriores proxime ex iure in re uel ad rem orientur.

2. *Praeiudiciales* competunt inter pupillos minoresque, uel qui alias in tutela uel cura sunt, et tutores curatoresque, uel *affirmatoriae*, uel *negatoriae*, prout quis se in tutela uel cura esse uel habere affirmat, uel negat.

3. *Reales* actiones, quae ex statu tutelari licet re-

F

moti-

motius descendunt, sunt (1 *rei vindicatio utilis*, quae pupillis minoribusque competit ratione rerum, quae ipso-
rum pecunia a tutoribus curatoribusue proprio nomine comparatae sunt.

4. (2 *Actio hypothecaria*, quae competit pupillis uel minoribus ex tacita hypotheca, quam in bonis tutorum uel curatorum ex ipsius iuris dispositione habent.

5. *Personales* competunt (I.) *inter eos, qui sunt, uel habent in tutela uel cura, uel in protutela aut procura*, puta *actio tutelae et protutelae*, quarum utraque *directa* uel *contraria*, et harum quaelibet *directa* uel *utilis* est: item *actio de rationibus distrahendis, et actio utilis in factum*.

6. *Actio tutelae directa in relatione ad contrariam, eaque (α directa* utili opposita, competit pupillis contra tutores, finita tutela ad rationes reddendas, residuum restituendum, et praestandum dolum et culpam, secundum ea, quae iam tit. III. dicta sunt.

7. (β *Utilis* competit minoribus, uel qui alias in cura sunt, contra curatores, finita cura, ad rationes reddendas, et praestanda eadem, ad quae tutores obligantur. *T. D. DE TVTELAE, ET RATIONIBVS DISTRAHENDIS, ET UTILI CURATIONIS CAUSA ACTIONE. XXVII. 3. T. C. ARBITRIVM TVTELAE. V. 51.*

8. *Actio protutelae directa* competit pupillis contra eos, qui pro tutoribus tutelam, *utilis* minoribus aliisque contra eos, qui pro curatoribus curam gesserunt, ad rationes reddendas, et praestanda omnia, ad quae uerus tutor uel curator obligatur, etiam nondum finita protutela uel procura.

9. Quae actiones etiam *heredibus* pupillorum uel minorum, aliorumue, qui in cura sunt, et *contra heredes* tutorum uel curatorum, eorumue, qui pro tutoribus uel curato-

ratoribus se gesserunt, competunt, sed suo modo, secundum ea, quae iam Cap. III. dicta sunt.

10. Actio *utilis in factum* competit pupillis uel minoribus, contra eos, qui se dolo malo pro tutoribus uel curatoribus gesserunt, ad interesse praestandum, secundum ea, quae dicta *d. Cap. §. 42.*

11. Actio *rationibus distrabendis* competit pupillis uel minoribus, aliusue, qui in cura fuerunt, contra tutores uel curatores, qui dolo quid rationibus subtraxerunt, finita tutela uel cura ad duplum pretii praestandum. *l. 1. §. 19-24. de tut. et rat. distr.*

12. Quae actio civilis ex delicto est, personalis, poenalis mixta, perpetua, heredibus, non contra heredes competens, concurratque cum actione tutelae, quatenus rem persequitur, *electivae*, quatenus poenam continet, itemque cum actione furti, *cumulativae*. *l. 1. §. 21. 23. l. 2. §. 1. 2. eod.*

13. Actio tutelae *contraria* (1.) *directa*, competit tutori et heredibus, contra pupillum et heredes, finita tutela, ad indemnitatem praestandam. *T. D. DE CONTRARIA TUTELAE ET UTILI ACTIONE. XXVII. 4. T. C. DE CONTRARIO IUDICIO TUTELAE. V. 58.*

14. Hac actione etiam salarium, honorarium uel merces petitur, non regulariter, sed quando a testatore uel magistratu constitutum est, uel tutor aut curator operas artis suae mercedem uel honorarium poscentes praestitit. *l. 33. §. 3. de adm. tut. CARPZ. 2. 11. 40. BERLICH. Dec. 134.*

15. (2) *Utilis* competit curator et heredibus, contra minorem, uel alium, qui in cura fuit, et heredes, finita cura, ad indemnitatem praestandam. *l. 1. §. 2. 3. d. t. de contrar. tut.*

16. Actio *protutelae* *contraria directa* competit protutori et heredibus contra pupillum et heredes, *utilis pro-*

curatori et heredibus contra minorem, uel alios, quorum curam gessit, et heredes, ad indemnitate[m] praestandam.
l. 5. de eo, qui pro tut. l. 1. §. 1. de contrar. tut.

17. (II.) Inter *pupillos uel minores aliosue, qui in cura sunt, et extraneos*, puta actiones ex contractibus, actiuae et passivae, directae uel utiles, prout uel pupilli cum auctoritate tutorum, minoresue uel alii cum consensu curatorum, uel soli tutores curatoresue nomine pupillorum uel minorum aliorumue contraxerunt, secundum ea, quae iam Cap. III. dicta.

18. (III.) Inter *pupillos minoresue, uel qui alias in cura sunt, et magistratum*, puta actio subsidiaria ad damnum a tutoribus curatoribusue datum praestandum, secundum ea, quae iam eod. Cap. dicta sunt.

19. (IV.) Inter *extraneos et tutores curatoresue*, puta actiones ex contractibus a tutoribus curatoribusue, uel eorum auctoritate aut consensu a pupillis minoribusue, uel aliis, qui in cura sunt, initis.

20. Quae quidem actiones tam a tutoribus curatoribusue, quam contra eos, institui possunt, sed regulariter tamdiu, quamdiu tutela uel cura durat, secundum ea, quae d. Cap. III. dicta sunt.

21. Item *actio in factum*, eaque *directa* uel *utilis*, contra falsos tutores uel curatores, qui se dolo malo pro talibus gesserunt, ad interesse praestandum, secundum ea, quae eod. Cap. dicta.

FINIS.

um
am.

cu-
eet
ori-
um,
no-
Cap.

ura
tu-
ea,

uta
eo-
l a-

ato-
iter
uae

lis,
pro





Kc 1603

ULB Halle

3

007 416 857



W018





72
SL
-ifts

1729

Q. D. B. V.
CURSUS JURIS
SELI

JURISPRUDENTIÆ UNIVERSÆ
IN ARTEM REDACTÆ

LIS
VII.
TELARI

TUNGIO.D.
GRAVII HASSO.
, ET PROF.

M
A.

Meri.

KIENRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

